

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Tvrbo, Sive Moleste Et Frvstra Per Cuncta Divagans  
Ingenivm**

**Andreä, Johann Valentin**

**Helicone iuxta Parnassum [i.e. Straßburg], 1621**

Scena IV

[urn:nbn:de:bsz:31-107371](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107371)

tē tibi affluent simul nēcessaria, & superflua? T. Tu sprandebis hodiē mecum, & audiemus tua Odyssea. H. Non sūdeo: Nā ut hic multilinguis nobis minatur, haud habebimus satis absconditos nostros nummulos. Per linguam, nisi mature prohibeam, Turbo meus hunc linguosum, linguacemq; hominem hodiē concludit.

*puer* SCENA IV.

*Geryon, Lapitha, Blessus, Harleq.*

*Turbo, Panurgus.*

**G.** Nec vidisti ipsum hoc triduo? **L.** Non equidem. **G.** Sed ministrum ipsius? **L.** Semel aut bis, verum cogitandum, & ut solet, cū Herus novū vitæ genus induit. **B.** Equidem mirum est, vivere posse hominem, qui sibi quotidie displicet. **G.** Sed illud quod jam agit, quale est? **L.** Ridiculū est, Mappas habet prægrādes, & retia, quib. linguas omnes ad fontes & principia sua revocat. **B.** Scilicet, ut uno labore omnes discat. **G.** Ha, ha he! **L.** Et harmoniam scientiarum omnium investigat, retrogrediturq; ad artiū scaturigines. **Nem-**

Nempe Heli  
fodi, ut verum e  
nos volavos, &  
illi quāte ināni  
trem, qui Major  
decevali. L. Sec  
finea. B. Satis m

Cors

Har. Holo, holo

per, quid sibi vi

cem, si quis alte

laillē donec por

que capite, &

grandam, qu

ris, hic mortem

Imō mihi. H.

portet te esse

H. Ne quid p

bi calum, tu

Ego prior.

Vah inepiti

aut vapulab

nis. L. Luc

nec mulier,

Androgynos.

ria, & super  
diē mecur  
H. Non sū  
nobis min  
scōditos m  
n, nisi ma  
hunc lingu  
a hodie co

Nempe Hesiodi catena est. L. Itaq; jam  
fodit, ut verum effodiat. G. Abrumpe, si  
nos vis salvos, & hanc hastā accipe. Nam  
illi quidē insanire licet, dum libet, tibi nō  
item, qui à Majoribus degenerare nōdum  
decrevisti, L. Sed ab oculis, memento, ab-  
stineas. B. Satis memini, L. Cōgrediamur.

*Conflictus Pugilum.*

V.  
Harleq.

Har. Hola, hola Messieurs, attendés un  
peu, quid sibi vult hæc barbaries? ad Iudi-  
cem, si quis alterum offendit. Tibi dico,  
laislé done par mafoy, aut abibis hinc abs-  
que capite, **Burgfrid.** L. O Harlequin,  
grand ami, quàm exoptatus mihi succur-  
ris, hic mortem intenderat. H. Tibi? L.  
Imò mihi. H. Nec aufugisti? ma foy, o-  
portet te esse Asinū. B. Heus Harlequin!  
H. Ne quid propius. B. Proponemus ti-  
bi casum, tu iudex eris. L. Ego prior. B.  
Ego prior. L. Ego prior. B. Ego prior. H.  
Vah inepti esto uterq; prior. L. Tace tu,  
aut vapulabis. B. Tace tu, aut verberabe-  
ris. L. Lucius Agato Priscius, nec vir, *Cas.*  
nec mulier, nec Virgo, nec Iuvenis, nec  
Androgynos, hunc tibi quisquis habuit  
D 4 dan.

dando cicatricem, vulnus profundum in-  
 tra corticem arboris in sublimi vertice es-  
 se, voluerunt accipere, quid juris? B. Ne-  
 quaquam: sed stabulum ingressus villico,  
 tanavit siccus intra Herculem, ac propo-  
 sito sibi undecunq; hodiè acciperet libellū  
 supplicem, porrexit illacrymando flebili-  
 ter. Nonne Iuris? H. Intelligo. Non-  
 ne tu habes cicatricem? L. Ita Domine  
 H. Et ille fleuit? B. Omnino. H. Sed  
 cur tu fleuisti? quia ille habet cicatricem?  
 L. Quoniam omnis mons excelsior est  
 valle. H. Benè, sed si vallis stat supra  
 montem. B. Tum glycyrrhiza mede-  
 tur tussi. H. Tussis autem nonne offendit  
 fauces? L. Omnino: sunt enim sem-  
 per duo recti in omni triangulo. H. Ita  
 argutè, quoniam triagulum semper qua-  
 dratum est. B. Vt Virgilius ait, Cujum  
 pecus? H. Hem tu me vocas un cuios,  
 scelestissime agri Phanicum? L. Vides  
 malitiam hominis. H. Video, sed com-  
 modum herus meus. Vah here, mediā  
 luce homines hūc se interficiunt. T. Sal-  
 vete. L. Salvus sis. H. Ast ego prohi-  
 bui

bui autoritate, viribus, iudicio, consilio.  
 T. Macte Harlequin, sic itur ad astra. G.  
 Ego risu hactenus propè corruui. H. Et-  
 iam rides in capitis periculo: G. Quid  
 dicam, quodd hoc triduo non interfuisti  
 nostris exercitiis? T. Equidem huic  
 homini dono dedi tres integros dies, nec  
 pænitet. L. Ecquid fabricatis colum-  
 bas ligneas volatiles? H. Fatendum est,  
 nūquam mihi magis oneri fuit ullius in-  
 stitutio, quàm tua; dum enim Dictiona-  
 rium meum, & Dittionario; & dictiona-  
 ire, vnd *Wörterbuch* / Latino-Germani-  
 cum, & François Aleman, & Italiano *Roll*  
 francese. & *Numb vnd Numb vnd durch*  
*einander* mecum circumfero, ter centum  
 pondò vix respondent oneri. T. Nun-  
 quam credidissèm cibum illum tam insi-  
 gni artificio recludere posse linguarum  
 claustra. L. Sed profectum aliquem  
 inde speras? P. Ne dubites. T. Videor  
 mihi procul intueri linguarū ostia. P. Ita  
 est, cum in centro repositus fueris, licebit  
 tibi egredi ad quamcunq; linguā. B. My-  
 sterium. Quin tu potius his omissis ine-

D s ptiis

ptiis membra tua mecum exerces? H. Hem! anne ad homicidia iterum. G. Quã importunus rerum censor tu es, nisi properè quiescas, hos omnes in te committam. En Turbo, nos colludemus. Ille & Blessus. H. Egóne patiar. T. Desine tu. H. Ho ho bene: Si intereundum est, veni Panurge, ego te occidam. P. Absit talis error. H. Perge, perge, ne moriamur tardius, vides quàm illi jam canant *Media Vita*. hem anne morieris inultus? P. Cave tibi.

*Conflitus trium parium.*

H. ho satis est. P. Nondum. H. Satis inquam est. P. Atqui mori paratus eras. H. Sum, verum absq; verberibus. Desine tu inquam, si sapis. T. Sitio mehercle, ecquis nobis potum adfert? H. Ego, ego, ut salvâ dignitate aufugiam. P. Hodie quidem evalisti. G. Nonne satis est corpus curare motu, quàm literariâ desidia absumere. T. *Sua est literis iucunditas, exercitiis sua*. H. hem, quis est, qui sitiatur ego præbibo. T. Quin tu mox porrigis, he-luo? H. Differ, differ: ajuat nocere

corpori, si quis calidus potum præcipitet. 3  
 T. Iamne porrigit? H. Atqui vitrum  
 meum nondum vacuum est, sed accipe, ne  
 irascaris, & calescas duplo. T. Haustum  
 Athleticum. G. Salvus sis. H. Oportet  
 Nebulones vos esse omnes, qui paulò antè  
 necem vobis invicem intétastis, nunc cõ-  
 venitis & combibitis. B. Tace, venenati  
 haustus sunt, quibus se mutuo absument.  
 H. Itane? B. Ita profectò. H. At ego  
 prior hausi. B. Sapuisti, ita non inspicias  
 reliquorum mortem, scilicet præcurre  
 ad Charontis cymbam. H. Quid ais? B.  
 Quod res est, Nonne jam malè habes? H.  
 Certè, ædepol, medius fidius. B. Paulò  
 pòst videbis ipsos insanire, & titubare, &  
 balbutire, & torvum prospicere. H. O  
 facinus, imbibere insaniam? B. Sed & ego  
 bibam. H. Noli. B. Quare. H. Ut su-  
 perfit, qui fata nostra referat. Ego verò  
 nescio, quam benè habeã. T. Quis te tur-  
 bat? H. nescio, sed in cõsuetudine tua mi-  
 hi semper malè est. T. Quid ita? H. Quid  
 hie egistis? T. Membra exercuimus,  
 D 6 bra-

80  
3  
brachia, lumbos, omnes nervos fecimus agiliiores. H. Terra vobis aranda foret, & fodienda, aut fundenda lingua, aut cōportandi lapides, si exercitiis opus habetis. B. Memento Harlequin, te atq; nos omnes sublimiori loco positos, quàm ut Terræ luto nos conspurcemus. H. Euge, euge Turbo meus! quàm triumphat, & exultat! peream si non hac ipsa die ex te audiero, molestū illud tuum heu mihi! heu mihi! Sed ut res tuę sunt, facilē ex quisquiliis capiunt voluptatem, ab apluda dolorē. Ego abeo. L. Comitemur eum, ne suspendat. B. Eamus, Nam Cænæ hora est.

## SCENA V.

*Harlequin.*

7  
S Alvete spectatores, quos ego nūc primū intueor, hactenus occupationibus prohibitus. Phy, quæ turba? an me agnoscitis? an scitis nomen? Patriam? Parentes? Vitæ genus? Ego Harlequinus sum, Turbonis Minister, turbarum socius, turbinum executor. Per.